Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

# De Summis in Philosophia honoribus Viro Politioris literaturae probe gnaro Dn. Iusto Gerhardi Hervordia-Westphalo In celeberrima Megapolitanorum, quae est Rostochii, Academia publico solenniq[ue] ritu die V. Maii Anni M DC LVII. conferendis Gratulantur Amici Populares

Rostochii: Kilius, 1657

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730544958**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Rh phil 1657

(Justus Gerhardi gratulatio)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730544958/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730544958/phys_0002
DFG

De
Summis in Philoſophia honoribus
VIRO
*Politioris literaturæ probè gnaro*

# Dn. JUSTO GERHARDI

Hervordiâ-Weſtphalo
Jn celeberrimâ Megapolitanorum, quæ
eſt ROSTOCHII, Academiâ publicô
ſolenniq; ritu

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

die V. Maji Anni M DC LVII.
conferendis
*Gratulantur*
Amici Populares.

Typis, Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typogr. 1657.

1657

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730544958/phys_0003
DFG

IN ſtudio Sophiæ qui tempus trivit acuto
Huîc tandem merces grata laboris honor.
Hunc cum conſultò delti veneranda facultas
Gerhardi Sophiæ, temeruiſſe puto.
Proſit honos igitur tibi, telluri patriæq́;
Proſit Weſtphaliæ, quod precor ex animo.

*Paucula hæc laurui Magiſtrali Præcellent. & Clariſſ. Dn.*
Juſto Gerhardi *Hervord. ſympatriotæ ſuaviſſimi*
*annectere voluit*

M. Antonius Zwickius,
Lippſtad-Weſtph.

*Ad*
Pereximium Dn. Candidatum Amicum
ſuum colendum.

SPartanos imitans votum modò perbreve necto:
Sit TIBI, ſit Patriæ Laurus fauſtiſſima terræ.

*Quod ex animo vovet.*

J. Drepper.

MActe novo titulo, de quo tibi grator Amice
Atq; tuæ Patriæ ſis Honos atq; Decus.

*Johannes Simon.*

Sieh

SJeh da mein liebſter Freund/ der du auff Pindus Spitzen
Jtzt wirſt geſetzee hin/ wonach noch viele ſchwitzen/
Diß iſt der rechte Weg/ dieß iſt die rechte Bahn
Die ſterben treibet hin und ſetzt dich Himmel an.

Dieſes ſetzte ſeinem hochgeliebten/ geehrtem Herrn
Landsmanne aus ſonderlichem geneigtem
Gemůth

Wulbrand Adolff Robbig/
von Hallerſpring.

---

SIc eſt, hoc meruit dudum tua virida virtus
Ut caperes ſtudiis præmia tanta tuis.
Invideat quicunq; volet, mihi credito, talem
Invidiam quivis ſuſtinuiſſe velit,

*Suo Gerhardo ſpecialiter dilecto feſti-
nanter ſcripſit*

Heinricus Cloſterman
Herv. LL. Studioſ.

---

NOn jam regis opes *Midæ*, non ſorte beati
Germmarum Cræſi munera magna capis;
Sed gazam (quæ næ multo precioſior auro,
Clarior argento, jaſpide lucidior)
Nempe Magiſtralem titulum pulchramq; Coronam
Imponent capiti docta Lycea tuo
Quam largè divo nunc Trinus & unus Jova
Numine fortunet quod precor atq; beet!

*Honoris & amoris ergo
appoſuit*

GEORG. Theſinck/ Batbergâ
Oſnabrugenſis.

Comme-

COmmemorare juvat neminem præclara Parentum
Facta, ſed & propriis ipſe coruſcet, & hoc
Te ſtimulat clarus quando ſis arte Magiſter
Proſit honos patriæ, proſit ubiq; Tuis.

L. Mq;

CHRISTOPH. HERMANN.
von Ramshauſen/ Quakenbr.
Weſtphal.

DEr du wilt immermehr die lange Zeit vertreiben/
Wie auch bißher geſchehn mit leſen unt mit ſchreiben/
Wirſt itzt mit groſſem Ruhm|biß an des Himmels Sitz'
Erhoben/alſo wird belohnet Froſt und Schwitz
Den du haſt angewand/ wann du dich pflagſt verhüllen/
Mit tauſend Bücher Schaar und deinen Hunger ſtillen
An dem was von Athen und Rom noch übrig iſt/
Wovon du Ehre haſt und uns erfreuen wirſt.

Jacobus Weſſel/
Hervord.

TE juvenem recipit ſedes perdocta Sophorum
Gerhardi, magnum eſt quod ſapis artis opus:
Hinc patriæ decus, hinc cinxit tua tempora Laurus,
Hiſce vale, flore, creſce, caleſce vige.

*amori & honori, quod debuit etſi.*
*celerr. ſcrip.*

Johannes Erneſtus Drepper.

Qvur

QVur nunc ad ſummos felix emergere honores
Feſtinas noſtri gloria magna chori?
Qvur optas cingi viridi tua tempora lauro,
Lauro, quæ vates condecorare ſolet?
Aſt tibi dulce ſolum patriæ atq; Pater tibi dulcis,
Qui titulo gaudet, laude Magiſterii,
Qui Fautor magnus, qui gloria maxima Muſis,
Qui patriæ noſtræ gloria magna Scholæ.
Sic ſequeris Patrem Varni reſonantis ad undas
Urbs tibi Doctoris nomen habere dedit.
Gaude dulce ſolum, tu tu mea Weſtfala gaude
Quattuor ex noſtris nomen honore gerunt.

Celerrimè honoris ergo
adjecit
JOHANN. Lüning/ Phil. Stud.
Lubeccâ-Weſtf.

## Ad præcellentem Dominum Candidatum ſpecialiter dilectum.

WEſtfala nos Tellus conjunxit, clare, Gerhardi
Ut tibi proſit honos, meritò vovet inde Macherus.

QUi colit aſſiduò præclaras Palladis artes
pectore non ſegni, præmia digna refert:
Aſt quem deterret ſeries immenſa laborum
Illius obſcurum nomen ubiq; manet.
Sæpiùs hoc tecum trutinans perdocte GERHARDI
Perpetuô verbi te ſacer uſſit amor;
Hinc omnes alacri ſuperaſti mente labores
Quare tibi laudis digna COROLLA datur,

En

En tibi defertur decoranti germine laurus
Atq; Magiſtrali cingit honore comas
Nunc ego congaudens titulo congrator honori
Quem dotes animi promeruere tuæ.

*Paucula hæc adjicere voluit*

JOHANNES HOLMAN,

## PAROD. HOR. L. IV. ODE. XIV.

TE cura Patrum nunc Academiæ
Plenis honorum muneribus, tuas
Gerharde, virtutes perennem
Per titulum adſtipulante Phœbo
Æternat: eſt dignum tituli decus!
Urbs Lipſis ore Miſniacæ caput
Albusq; mons & Gieſſa, JENA,
Rinthelium didicere nuper
Quid arte poſſis; Marte tuo tenes
Artes, vetuſti quasq; ſolent Sophoi
Dulciſſimâ cura docere
Æmula progenies Patris,
Diſpellis acer plus vice ſimplici
Contra repugnantes, pia prælia
Committis, inſtantesq; contra
Auſpiciis abigis ſecundis;
Spectandus in certamine & artium
Devota Muſis dedita pectora
Quantis fatigaret rogatis;
Indomitas prope qualis undas
Exercet Auſter: Sic *Spiritus* excitat
Mentis tepentes igniculos tuæ
Ex uſcitat flatu beato
Ingeniiq; venæ receſsûs

Mul-

Multas ad artes enthea te rapit
Vis, Barbarôrum diruis impetum.
Certando vincis, fortis hoſtem
Sternis humum, ſine clade victor.
Fortuna Io! Io! proſpera nunc tui
Cœpti ſecundos reddidit exitus,
Laudemq; & optatum peractis
His ſtudiis decus arrogavit:
Septem Magiſter dicier artium
Tu demereris maximè calculo
Suffragiorum luculento:
Teq; creant Sophiæ Magiſtrum
Congrator, immo dîis Pietas tua
Et Muſa cordi ſit, tua Laurea
Baccis ſuis veſtita ſervet
Fronde virente decus perenne.

*φιλίας μνῆμα gratulabundus in honorem*
*Cl. Dn. Candidati adſcribo*

Engelbert Buſchman,
Theol. & Phil. Stud.

GRatulor ex imo Sophiæ præclare Mâpiſter
Cœpta tibi, ſummus quæ benedicta velit.
Sint patriæ decus & Domino felicia porro-
Dulcia ſintque DEo, quod precor & voveo.

*Ita gratulabatur*
***Bernhardus Clingenberg.***
*Sympat.*

GRatulor ex animo de cœptis, clare Magiſter
Eximii qui arces ſcandere honoris amas;
Rectè

Rectè! tu benedic Deus, O ter ſancte Jehova!
    Hinc ut virtutis digna brabéa feras;
Anchora ſis patriæ, ſis præſidiumq; tuorum,
    Rurſus ut expenſis gaudia larga bonis,
Dulce ſibi, capient: Ne prorſus aſymbolus eſſem,
    Idrirco apposui, quæ peto chara fore.

*Honoris & amoris ergò*
*συγχαίρων apponebat*
FRANCISCUS SOHSTIUS,
Hervordiâ Weſtphalus.

Est elegans Sophiæ didiciſſe fideliter artes
    Unde ſuos cultús vita decusq; capit,
Frigore ſint ſævo nec non ſudore parandæ
    Vitæ cum requiem nos ſuper aſtra, ferant
Hînc tibi, Gerhardi, dum perfers mente labores
    Exſurgit merito non periturus honor
En! quod excelſo Muſæ de vertice pindi
    Imponunt capiti, docte Gerharde, tuo?
Plectunt imponunt de vivâ laude coronas
    E non marcenti flore corona datur
Ex ornat nomen decus immortale Magiſtri
    Sic *labor intendens omne coronat opus*
Votorum ſumma eſt Sanctus tibi Spiritus ad ſit
    Sic bene ſuccedet ſic bene verget opus.

*His ad novos honores Cl. Dn. Candit.*
Juſto Gerhardi *applaudit.*
Albertus Kramer,
Herv. Weſtph.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730544958/phys_0010
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730544958/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730544958/phys_0012
DFG

*QVur nunc ad ſummos felix emerger*
*Feſtinas noſtri gloria magna chor*
*Qvur optas cingi viridi tua tempora lau*
*Lauro, quæ vates condecorare ſolet?*
*Aſt tibi dulce ſolum patriæ atq; Pater tibi*
*Qui titulo gaudet, laude Magiſterii,*
*Qui Fautor magnus, qui gloria maxima*
*Qui patriæ noſtræ gloria magna Sch*
*Sic ſequeris Patrem Varni reſonantis a*
*Urbs tibi Doctoris nomen habere dec*
*Gaude dulce ſolum, tu tu mea Weſtfala*
*Quattuor ex noſtris nomen honore ge*

noris ergo
cit

JOHAN … Phil. Stud.
Weſtf.

## Ad præcellentem Do … Can-
## didatum ſpecialiter d

*WEſtfala nos Tellus conjunxi … rhardi*
*Ut tibi proſit honos, meritò* … Macherus.

QUi colit aſſiduò præclaras Pall
pectore non ſegni, præmia d
Aſt quem deterret ſeries immenſa l
Illius obſcurum nomen ubiq; ma
Sæpiùs hoc tecum trutinans perdoc … RDI
Perpetuô verbi te ſacer uſſit amo
Hinc omnes alacri ſuperaſti mente
Quare tibi laudis digna COROL